Est aula nã duplex tibi. Hic corporis mentis polo.
Illic inenarrabilis Allectus urbis municeps.
Aeterne in arce curie Gestas coronã ciuicam.
Videor uidere illustrib; Gemmis coruscantẽ uirũ
Quẽ roma cęlestis sibi Legit perennẽ consulẽ
Que sit potestas credita Et muneris quantũ datũ.
Probant quiritũ gaudiis Quib; rogatus annuis.
Quod quisq; supplex postulat Fert ipetratũ pspere.
Poscunt iocantẽ indicant Et tristis haud ullus redit
Ceu presto sep̃ adsies Tuosq; alũnos urbicos
Lactante cõplexus sinu paterno amore nutrias
Hos inter o xp̃i decus Audi & poetã rusticũ
Cordis fatentẽ crimina Et facta pdentẽ sua
Indignus agnosco & scio Quẽ xp̃c ipse exaudiat
Sed p patronos martyres potest medelã cõsequi
Audi benignus supplicẽ Xp̃i reũ prudentiũ
Et seruientẽ corpori Absolue uinclis secli.

Scripta ad ualerianũ epm̃ de passione sci
Ypoliti

Innumeros cineres scõrũ romula in urbe
Vidimus o xp̃i ualeriane sacer.
Incisos tumulis titulos & singula queris
Nomina difficile est ut replicare queã
Tantos iustorũ populos furor ipius hausit
Cum coleret patrios troia roma deos.
Plurima litterulis signata sepulchra loquuntur
Martyris aut nomen aut epigrama aliquod.
Sunt & muta tamẽ tacitas claudentia tubas.
Marmora que solũ significant numerũ
Quanta uirũ iaceant cõgestis corpora aceruis
Nosse liceat quorũ nomina nulla legas;
Sexaginta illic defossas mole sub una
Reliquias memini me didicisse hominũ
Quorũ solus habet cõpta uocabula xp̃c.

Ut pote quos proprie iunxit amicicię
Hęc dum lustro oculis & sicubi forte latentes
Rerũ apices ueterũ p monumẽta sequor
Inuenio ypolitũ qui quondã scisma nouati
Presbiteri attigerat nr̃a sequenda negans
Usq; ad martirii puectũ insigne tulisse
Lucida sanguinei premia supplicii
Nec mirere senẽ peruersi dogmatis olim
Munere ditatũ catholicę fidei
Cu iã uesano uictor raperetur ab hoste
Exultante anima carnis ad exitũ
Plebis amore suę multis comitantib; ibat
Consultus quę nã secta foret melior
Respondit fugite o miseri execranda nouati
Scismata catholicis reddite uos populis
Una fides uigeat prisco quę cõdita tẽplo ẽ
Quã paulus retinet quãq; cathedra petri
Quę docui docuisse piget uenerabile martyr
Cerno qđ acultu rebar esse di
His ubi detorsit leuo de tramite plebẽ
Monstrauitq; sequi qua uia dextra uocat
Seq; ducẽ recti spretis anfractib; idẽ
Prebuit erroris qui prius auctor erat
Sistitur insano rectori xp̃icolas tunc
Ostia uexanti per tiberina uiros
Illo nãq; die secesserat roma ipsos
Peste suburbanos ut quateret populos
Non contentus humũ celsę intra moenia romę
Tinguere iustorũ cędibus assiduis
Ianiculũ cũ iã madidũ fora rostra sub ura
Cerneret eluuie sanguinis effluere
Protulerat rabiẽ tyrreni ad litoris orã
Quęq; loca equoreus pxima portus habet
Inter carnifices & constipata sedebat

[illegible] celsior insolio
Discipulos fidei detestandiq; rebelles
Idolis ardebat dedere perfidiae.
Carcereo crinita situ · stare agmina contra
Iusserat horrendis excruciandaq; modis.
Inde catenarum tractus hinc lorea flagra
Stridere virgarum concrepitare fragor.
Ungula fixa cavis costarum cratibus altos
pandere secessus et lacerare iecur.
Ac iam lassatis iudex tortoribus ibat
In furias cassa condicione fremens.
Nullus enim christi ex famulis praecanta repertus
Supplicia audierat qui vitiare animam.
Inde furens quaesitor ait iam tortor ab unco
Desine si vana est quaestio nocte agito.
Huic abscinde caput crux istum tollat in altum
viventesq; oculos offerat alitibus;
Et ibi quos properes rimose imponere cimbe
pellere et in medii stagna profunda freti.
Hos rape praecipites et vinctos conice in ignem
Sit pyra quae multos devoret una reos.
Quos ubi susceptos rabidum male sutta per aequor
Vexerit et tumidis celsa levarit aquis.
Dissociata putrem laxent tabulata carinam
Conceptumq; bibant undiq; naufragium.
Squamea caenoso praestabit ventre sepulchrum
Belua consumptis cruda cadaveribus
Haec persultanti celsum subito ante tribunal
Offertur senior nexibus implicitus
Stipati circum iuvenes clamore ferebant
Ipsum christicolis esse caput populis.
Si foret extinctum propere caput omne vulgi
pectora romanis sponte sacranda diis
Insolitum leti poscunt genus et nova poena

Inventa exemplo quo trepident alii.
Ille supinata residens cervice quis inquit
Dicitur affirmant dicier hippolytum.
Hippolytus fiat ergo agitet turbetq; iugales
Intereatq; feris dilaceratus equis.
Vix haec ille duo cogunt animalia frem-
Ignara insueta subdere colla iugo
Non stabulis blandive manu palpata magistri
Imperiumq; equitis ante subacta pati
Sed campestre vago nuper pecus egrege captum
Quod pavor indomito corde ferinus agit
Iamq; reluctantes sociarunt vincula bigas
Oraq; discordi foedere nexuerant
Temonis vice funis inest qui terga duorum
Dividit et medius tangit utrumq; latus.
Deq; iugo in longum se post vestigia retro
Protendens trahitur; transit et ima pedum
Cuius ad extremum sequitur qua pulvere summo
Cornipedum refugas orbita trita vias.
Crura viri innectit laqueus nodoq; tenaci
Adstringit plantas cumq; rudente ligat.
Postquam composito satis instruxere paratu
Martyris ad poenam verbera vincla feras
Instigant subitis clamoribus atq; flagellis
Iliaq; infestis perfodiunt stimulis.
Ultima vox senis venerabilis haec est audita
Hi rapiant artus tu rape christe animam;
Prorumpunt alacres caeco et terrore feruntur
Qua sonus atq; tremor qua furor exagitat
Incendit feritas rapit impetus et fragor urget
Nec cursus volucer mobile sentit onus
Per silvas per saxa ruunt non ripa retardat
Fluminis aut torrens oppositus cohibet.
Prosternunt sepes et cuncta obstacula rumpunt

fol. 64.

prona fragosa petunt ardua transiliunt.
minutati labefacto corpore frusta
arpit spinigeris stirpibus hirtus ager;
summis pendet scopulis pars sentibus heret;
arte rubent frondes, parte madescit humus;
mplar sceleris paries habet illitus in quo
Multicolor fucus digerit omne nefas.
ta super tumulū species liquidis uiget umbris
Effigians tracti membra cruenta uiri.
antes saxorū apices uidi optime papa.
Purpureasq; notas uepribus impositas.
cta manus uirides imitando effingere dumos
userat & minio roseolam saniem.
nere erat ruptis cōpagib; ordine nullo
Mēbra per incertos sparsa iacere situs.
ddiderat caros gressu lacrimisq; sequentes
Deuia qua fractū semita monstrat iter.
rore attoniti atq; oculis rimantib; ibant
mplebantq; sinus uisceribus laceris.
caput niueū conplectitur ac reuerendā
anitiem molli confouet ingremio
humeros truncasq; manus & brachia & ulnas
Et genua et crurū fragmina nuda legit.
liolis etiā bibulę siccantur harenę.
quis in infecto puluere ros maneat.
is et in sudibus recalenti aspgine sanguis
nsidet hunc omnē spongia pressa rapit.
iā densa sacro quicquā de corpore silua
tinet aut plenis fraudat abexequiis
que recensitis constaret partibus ille
orporis integri qui fuerat numerus.
rgata aliquid deberent inuia toto
Ex homine extersis frondibus & scopulis.
tando eligitur tumulo locus. hostia linquunt

Roma placet scos que teneret cineres.
Haud procul extremo culta ad pomeria uallo
Mersa latebrosis crypta patet foueis
Huius inocultū gradibus uia prona reflexis
Ire per anfractus luce latente docet
Primas namq; fores summo tenus intrat hiatu
Illustratq; dies limina uestibuli.
Inde ubi progressu facili nigrescere uisa est
Nox obscura loci per specus ambiguū
Occurrunt celsis inmissa foramina tectis
Que iaciant claros antra super radios;
Qualibet ancipites texant hinc inde recessus
Arta sub umbrosis atria porticibus
Attamen excisi subter caua uiscera montis
Crebra terebrato fornice lux penetrat
Sic datur absentis subter terranea solis
Cernere fulgorē luminibusq; frui.
Talibus ypoliti corpus mandatur opertis
Propter ubi apposita ē ara dicata dō
Illa sacramenti donatrix mensa eademq;
Custos fida sui martyris apposita
Seruat ad eterni spē iudicis ossa sepulchro
pascit ite scīs tybri colas dapibus
Mira loci pietas & prompta precantibus ara
Spes hominū placida psperitate iuuat
Hic corruptelis animiq; & corporis eger
Oraui quotiens stratus opē merui
Quod letor reditu qd uenerande sacerdos
Complecti licitū est scribo qd hec eadē
ypolito scio me debere ds cui xpc
posse dedit qd quis postulet annuere.
Ipsa illas anime exuuias que continet intus
Aedicula argento fulgurat ex solido
prefixit tabulas diues manus equore leui

Candentes recavum quale nitet speculum
Nec pariis contenta aditus obducere saxis
Addidit ornando clara talenta operi
Mane salutatum concurritur omnis adorat
Pubes eunt redeunt solis adusque obitum
Conglobat in cuneum latios simul ac peregrinos
Permixtim populos religionis amor
Oscula perspicuo figunt impressa metallo
Balsama defundunt fletibus ora rigant.
Iam cum se renovat decursis mensibus annus
Natalemque diem passio festa refert
Quanta putas studiis certantibus agmina cogi
Quaeve celebrando vota coire deo
Urbs augusta suos vomit effunditque quirites
Una et patricios ambitione pari
Confundit plebeia phalanx umbonibus aequis
Discrimen procerum praecipitante fide
Nec minus albanis acies se candida portis
Explicat et longis ducitur ordinibus
Exultant fremitus variarum hinc inde viarum
Indigena et picens plebs et etrusca venit
Concurrit samnitis atrox habitator et altae
Campanus capuae iamque nolanus adest
Quisque sua laetus cum coniuge dulcibus et cum
Pigneribus rapidum carpere gestit iter
Vix capiunt patuli populorum gaudia campi
Haeret et in magnis densa cohors spatiis
Angustum tantis illud specus esse catervis
Haud dubium est ampla fauce licet pateat
Stat sed iuxta aliud quod tanta frequentia templum
Tunc adeat cultu nobile regifico
Parietibus celsum sublimibus atque superba
Maiestate potens muneribusque opulens
Ordo columnarum geminus laquearia tecti
Sustinet auratis suppositus trabibus.
Adduntur graciles tecto breviore recessus
Qui laterum seriem iugiter exsinuent
At medios aperit tractus via latior alti
Culminis exsurgens editiore apice
Fronte sub adversa gradibus sublime tribunal
Tollitur antistes praedicat unde deum
Plena laborantes aegre domus accipit undas
Artaque confertis aestuat in foribus.
Maternum pandens gremium quo condat alumnos
Ac foveat fetos accumulata sinus
Si bene commemini colit hunc pulcherrima roma
Idibus augusti mensis ut ipsa vocat
Prisco more diem quem te quoque sancte magister
Annua festa inter dinumerare velim
Crede salutigeros feret hic venerantibus ortus
Lucis honoratae praemia restituens
Inter sollemnes cypriani vel celerini
Eulaliaeque dies currat et ista tibi
Sic te pro populo cuius tibi credita vita est
Orantem christus audiat omnipotens
Sic tibi de pleno lupus excludatur ovili
Agna nec ulla tuum capta gregem minuat
Sic me gramineo remanentem denique campo
Sedulus aegrotam pastor ovem referas
Sic cum lactentes caulas compleveris agnis

Metrum archilochium constans tetrametro bucolico et tribus trochaeis. Passio sancti cypriani martyris

Punica terra tulit quo splendeat omne quidquid usquam est Inde domo
cyprianum sed decus orbis et magistrum.
Est proprius martyr patriae sed amore et ore noster
Incubat in libya sanguis sed ubique
lingua pollet Sola superstes agit de corpore

Raptus et ipse sacro sis comes hippolyto